

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1954

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3127

C O D I C E S

3128

Evangelistarum περιποτας, Passio-
nem D. secundum *Johannem*, Ho-
ras B. V. M. de Cruce, de S. Spi-
ritu, Psalmos de *Poenitentia*, qui-
bus *Bethsabeam* modestius pree-
missam vellem, cum Litanis OO.
SS. demum Mortuorum Vigilias.

In Calendario *Vincentius*, *Remi-*
gius, et *Clemens* auro scripti sunt.
Praeter picturas Signorum coele-
stium, et των Γεωγυκων cuivis
mensi adscripti sunt Rhythmi vi-
tam humanam mensium cursui com-
parantes. Ita Januario:

Les six premiers ans que l'homme vit au monde
Nous comparons à Janvier droitement.
Car en ce mois vertu ne force habonde,
Non plus que quant six ans a vng enfant.

In Litanis adduntur SS. *Martialis*,
et quidem Apostolis, ut Cod. D-
CCCXC. *Dionysius*, *Mauritius*,
Eutropius, *Quintinus*, *Karolus*,
Remigius, *Eligius*, *Egidius*, *Leobinus*,
Sulpicius, *Leonardus*, *Genouefa*. Fol. 51. haeret aqua ad
Iconem Deiparae filium in ulnis
gestantis in nube conspicuae, ad
quam Virgo elegans pree Castri
cujusdam stans foribus Viro gran-
daevo duobus stipantibus juniori-
bus, omnibus togatis, in genua
provoluta digitum intendit.

de B. V. Maria immixtis Horis
de Passione Domini et S. Spiritu;
Psalmos dictos de *Poenitentia* cum
Litanis, in quibus praeter S. *Martialem* varii alii Divi in *Gallia*
praecipue culti invocantur, Offi-
cium pro Defunctis, denique Ora-
tiones idiomate gallico primum
ad D. Virginem, dein ad Deum,
qui in singulis *Beau frē dieu* ad-
pellatur. Iconibus supra dictis, ut
melius conservarentur, praeten-
tae sunt Lamellae foliares pelluci-
dae purissimae e cornu fuso.

DCCCLXXXVIII.

79² Codex membraneus lat. gall.
Sec. XV. Folior. 66. 8. per duas
columnas nitide exaratus, et Ico-
nibus XIV. marginibus et literis
initiorum eleganter deauratis pi-
ctisque conspicuus *Horarium* est,
praevio *Calendario*, in quo cum
3. *Julii* S. *Martialis* charactere
aureo descriptus occurrat, Libel-
lum olim ad *Lemovicensem* in *Gal-*
lia Dioceſin pertinuisse fit credi-
bile. Continet vero IV. Evange-
liorum Initia, Preces et Officium

DCCCLXXXIX.

979 Codex membraneus lat. gall.
Sec. XV. Folior. 238. post me-
dium compactoris vitio aliquan-
tum confusorum, 4. maj. chara-
ctere luculento perscriptus, pree-
ter literas initiorum et margines
omnes auro fulgido, coloribus
que picturatos, figurisque minori-
bus ornatos Iconibus XXV. ma-
joribus venustissimus *Horarium* est
sequentia complexum: *Calenda-*
rium gallicum Sanctorum raro ob-
viis nominibus refertum, in quo
aurati